Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26150
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tu melius hoc possis qui es ante eum. Precor te
domine per nomen eius ne auertaris quem ipse iam respex
it quis reum seruum eius. Adesto mihi rogo apud
dominum non ut defendas me. sed ut ores pro me.
Peccata enim mea coram eo non defendo.
sed ostendo. non excuso sed accuso. Ego sum
reus. ego ipse sum sub illo et pro illo accu
sator meus. non accuset me qui fecit me. Solus
suffeci ad peccandum. solus sufficiam ad ac
cusandum. Denique si iudex est ad iudican
dum reum suum. est et dominus ad tuendum seruum
suum. est creator ad seruandum opus suum. est
deus ad saluandum credentem et baptizatum
suum. Aut quomodo iudicabit peccantem et con
temptnentem qui se de peccatis miserum cog
noscit. et fatetur penitentem. Aut quomodo
damnabit ut aduersarium peccatorem qui se
peccasse dolet. et fugit ad tuam amicum